



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

V. De obligatione, quæ sequitur ad Residendum intra Parochiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Ex dictâ obligatione administrandi sequitur, habentem beneficium curatum teneri ad Residentiam; quod etiam præcipit Tridentinū, & quidem personalem: id enim pastorale officium exigit; vt cuique, & quoquis tempore sit quasi ad manum, cùm parochiani, præsertim infirmi, Sacramenta petent: sæpe enim parua absentia mora æternūm nocuit. Quare consultò ages, si domo exiens, præsertim longiusculè, licet intra Parochiam, domesticos moneas, vbinam reperiendus sis, quando res vrgeret; vt missa nuntio, vel signo certo campanæ euocari possis. Extra verò Parochiam ne pedem efferas facile, nisi Sacerdotem, habeas domi, aut Religiosum, aut aliquem alium in viciniâ, ad quem sciant se posse recurrere, si quid repentinum occurrat. Imò etsi eiusmodi habeant, tamen sine causa, saltem ad dies aliquot,

est,
loco
reci-
mini.
ope-
sè ad
picu-
d tri-
re re-
uendo
n re-
gratî
medi-
id re-
nento
con-
; ea
cium
quam
erant
on-

M:

66. *Institutionum Pastoralium*
quot, ne excurras, nisi quando, & quo-
modo tibi est concessum. Concedit
autem tibi Tridentinum, annis singu-
lis duos menses absentiæ, continuos,
vel interpolatos, modò substituas tuo
loco aliquem ab Episcopo approbatū
& ab eodem causa approbetur. Con-
suetudo præterea permittit, vt absis
idoneo similiter substituto, si vrgat
vtilitas magna Ecclesiæ, vel Reipubli-
cæ, vel tuum alioqui graue incom-
dum, vel obedientia Superioribus de-
bita, vel similis causa grauis, neque
possis ad Episcopum recurrere pro li-
centiâ. Quòd si ultra tempus conce-
sum à Tridentino protrahas, præter
peccarum, & poenam extraordinariam
Episcopi, amittis ipso facto fructus
beneficii, pro ratâ temporis, applican-
dos fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus
loci, ante omnem condemnationem
iudicis. Quod quomodo explicandum
sit, consule authores, neque enim
vacat his immorari.

NVM: